



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Litteræ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

principaliter in eorum fauorem. Confirmatio enim habet vim priuilegij, cui potest renuntiare.

\*Vide *Ang. V. statutum nu. 21.*

31 Papa confirmans statuta, intelligit, modo sint conformia iuri communi, aut ab eo non valde aliena.

32 Statutum Episcopi non ligat subditos extra Diocesim delinquentes.

33 Statutum durat etiam mortuo statuyente, & statutum Capituli Sede vacante durat, donec ab Episcopo reuocetur.

\*Vide *Syl. statutum num. 9.*

Addit. 3 Lex poenalis non obligat in conscientia ante sententiam *Salon. 2. 2. q. 62. q. 3. cum Caiet. D. Thom. & communi, contra Castrens. vide*

POENA.

Lex cessat, si ratio legis in communi cesset: non sufficit autem cessare rationem in actu particulari. *Couar. c. cum esses, de test. n. 9.*

#### L I B R I.

1. **L**ibri, & Tractatus Astrologiae iudicialis, Geomantiae, Chiromantie, &c. Magiae, Sortilegiorum, Auguriorum, &c. ne legantur, sed dentur Episcopis, vel Inquisitoribus. *Ex bulla Sixti V.*

#### L I T T E R A E.

1. **L**iteras alienas aperire, & legere, mortale est, nisi sis scribentis Superior, aut facias.

etiam sua rati habitatione, aut inaduertenter, aut contineant res parui momenti, aut habeantur pro derelictis, aut sint inimici tui, à quo times aliquid mali, aut sis Gubernator tempore belli, nec sit periculum damni magni.

\*Nau. c. 18. num. 53. V. Falsarius nu. 2. Lopez p. 2. c. 43.

Aut sint 3 Nau. Lopez l. c. Fum. V. Litteræ 1. & Falsarius num. 4.

*Liuellum, vide Emphyteusis.*

*Locator, vide Conductor.*

*Ludus, vide Contractus, Debitum.*

*Minor, Peccatum.*

1. **L**udere ludo prohibito, non est peccatū, si fiat moderatè causa recreationis aut alia honesta, cessat enim ratio legis.

\*De ludo. Alcocer. Angles in 4. Castro de restit. Garzias de contract. c. 42. 43. Tol. l. 5. c. 27. Lopez de contract. l. 2. l. 21. p. 2. c. 31. & Mol. à d. 510. Abul. in c. Materia. q. 52.

\*Vide Mol. d. 521.

2. Ludum funambulonum quidam illicitum dicunt, ob periculum mortis: alij licitum, si adeò periti, vt periculum timendum non sit.

\*Vide P. N. l. 2. c. 3. num. 83.

Ob periculum 3 Syl. vers. ars q. 8.

Alij 3 Nau. c. 15. n. 8. Tol. l. 5. c. 6. n. 13.

3. Ludum agitationis taurorum licere, non obstante: